

## 642 (§ 448)

1. Plus in amicitia valet similitudo morum, quam affinitas (Nep. Att. 5).
2. Plus ibi boni mores valent, quam alibi bonae leges (Tac. Germ. 19).
3. Quid tam tristis es? (Acolastus 112).
4. Dii immortales! Homini homo quid praestat! Stulto intelligens quid interest! (Ter. Eun. 232).
5. Quid opus est nota noscere? (Pl. Mil. 636).
6. In omnibus fere minus valent praecepta, quam experimenta (Quint. 2, 6, 15).
7. Objurgat Epicurus non minus eos, qui mortem concupiscunt, quam eos, qui timent (Sen. Ep. 24, 22).
8. Magnam partem ex iambis nostrā constat oratio (Cic. Or. 56, 189).
9. Nihil necesse est mihi de me ipso dicere (Cic. Sen. 9, 30).
10. Ad quasdam res naturā loci pertinet aliquid, ad quasdam autem nihil (Cic. Fat. 4, 8).
11. Nos vero, si quidem in voluptate sunt omnia, longe multumque superamur a bestiis, quibus ipsa terrā fundit ex sese pastūs varius atque abundantes nihil laborantibus (Cic. Fin. 2, 34, 111).
12. Is, qui propter me aliquid gaudet, plus, quam ego ipse, gaudet (Cic. Fin. 2, 23, 108).
13. Cilices et Arābum natio avium significationibus plurimum obtinērunt (Cic. Div. 1, 41, 92).

## 643 (§ 449)

1. O stultum hominem! dixerit quispiam, et repugnantem utilitati sue! (Cic. Off. 3, 27, 100).
2. O benignam mihi fortūnam! O beatissimum me omnium hominum, qui sunt, qui fuerunt, qui erunt! (Klotz, Ridicula litteraria, p. 21).
3. O miram memoriam, Pompōni, tuam! (Cic. Leg. 2, 18, 45).
4. O me misērum, o me infelicem! (Cic. Mil. 37, 102).
5. O virum, Spartā dignum! (Cic. Tusc. 1, 42, 100).
6. O poētam egregium! (Cic. Tusc. 3, 19, 45).
7. O delirationem incredibilem! (Cic. Div. 2, 43, 90).
8. Festīvum senem! In honorem filii sui ebrius fit (Sen. Contr. 2, 6 (14), 10 = p. 221, 20).
9. O Bruti amanter scriptas litteras! (Cic. Att. 15, 10).
10. O feros animos! O crudēles cogitationes! O derelictos homines ab humanitate! (Ad Herenn. 4, 8, 12).
11. O te dementem, si tunc mortem times, quum tonat! (Sen. Nat. quaest. 2, 59, 9).
12. Me misēram! quid agam? Inter vias epistolā excidit mihi: infelix inter tuniculam et strophium collocaveram (Turpilius = Diehl p. 71).

13. A. Heu me infelicem! — B. Sanusne es, qui temere lamentare? (Turpilius apud Cic. Tusc. 4, 34, 73 = Diehl p. 69).
14. Heu me misērum! Cur senatum cogor, quem laudavi semper, reprehendere? (Cic. Phil. 7, 4, 14).
15. Ciceronis epistolam tibi remisi: O te ferreum, qui illius periculis non moveris! (Cic. Att. 13, 30, 1).
16. Misēros interdum cives, optime de republica meritos, in quibus homines non modo res praeclarissimas obliviscuntur, sed etiam nefarias suspicantur! (Cic. Mil. 23, 63).

## Дательный падеж. Dativus

(§§ 450 – 466)

### Дательный непрямого объекта

## 644 (§ 450)

1. Nemo nimiae fortunae credere debet (Val. Max.).
2. Non omnibus eadem placent nec convenient quidem (Plin. Ep. 6, 27, 4).
3. Qui ipse sibi sapiens prodesse non quit, nequidquam sapit (Cic. Fam. 7, 6, 2 = Diehl p. 42).
4. Ingratus unus omnibus misēris nocet (Syr. 274).
5. Imperare sibi maximum imperium est (Sen. Ep. 113, 30).
6. Sibi servire gravissimā est servitus (Sen. Nat. quaest. 3, praef. 17).
7. Mendaci homini, ne verum quidem dicenti, credere solemus (Cic. Div. 2, 71, 146).
8. Et primā vitae tempora et mediā patriae, extremā nobis imperire debemus, ut ipsae leges monent (Plin. Ep. 4, 23, 3).
9. Invīdēt homines maxime paribus aut inferioribus (Cic. De or. 2, 52, 209).
10. Credere fallaci gravis est dementia famae (Bell. p. 17).

## 645 (§ 450)

1. Quid est oratori tam necessarium, quam vox? (Cic. De or. 1, 59, 251).
2. Somnus refectioni necessarius est (Sen. Tranq. 17, 6).
3. Quod omnibus necesse est, idne misērum esse uni potest? (Cic. Tusc. 1, 49, 119).
4. Terrā, quae vitibus aptā est, etiam arboribus est utilis (Colum. 5, 10).
5. Nullā lex satis commōdā omnibus est (Liv. 34, 3, 5).
6. Proditores etiam iis, quos antepōnunt, invisi sunt (Tac. Ann. 1, 58).
7. Paupertas mihi gravis est (Sen. Rem. 10, 1).

8. Flammā fumo proximā est (Pl. Curc. 53).
9. Paupertas nulli malum est, nisi repugnanti (Sen. Ep. 123, 16).
10. *Und salus vicit — nullam sperare salutem* (V. Aen. 2, 354).
11. Lacedaemonii id potius intuebantur, quod ipsorum dominationi, quam quod universae Graeciae utile erat (Nep. 2, 7, 6).
12. Ipsā mihi tractatio litterarum salutaris fuit (Cic. Brut. 4, 15).
13. Homini cibus utilissimus simplex (Plin. N. H. 11, 117, 282).
14. Oculi et vestigia domini — res agro saluberrimae (Colum. 4, 18).
15. Fortitudini contrariā est ignaviā et justitiae — injustitiā (Cic. Inv. 2, 54, 16<sup>7</sup>).
16. *Cur tibi tam levīs est, cur tam jucundā senectus?* (Bell. p. 20).
17. Di, ut noster ille divinus dixit Epicurus, neque propitii cuiquam esse solent, neque irati (Cic. Pis. 25, 59).
18. Vae vic iſ! (Liv. 5, 48, 9).
19. *Te sine,— vae misero! — mihi lilia nigrā videntur*  
Pallentesque rōsae nec dulce rūbens hyacinthus (Calpurn. Ecl. Nisard=Nemesian. Ecl. 2, 44, Poëtae lat. min. v. 3, p. 181).

Дательный падеж при глаголах, требующих по-русски  
других падежей (§ 451)

### 646 (§ 451a)

1. Vobis vestrisque liberis ignoscitis facile, patres conscripti (Liv. 25, 6, 9).
2. Maximo semper amico victis regibus populisque ignovistis (Liv. 37, 45, 8).
3. Ante hos sex menses maledixisti mihi (Phaedr. 1, 1, 10).
4. *Ignoscō saepe altēri, nunquam tibi* (Appendix Syri 204).
5. Hunc ipsum orabo, huic supplicabo, amore huic narrabo meum (Ter. Andr. 312).
6. Dies stultis quoque mederi potest (Cic. Fam. 7, 28, 3).
7. Familiare est hominibus omnia sibi ignoscere, nihil aliis remittere (Vell. 2, 30, 3).
8. Caesar, facillime inopiae frumentariae sese mederi posse, existimavit (Caes. B. G. 5, 24, 3).
9. *Altis qui maledicunt, faciunt sibi convictum* (Appendix Syri 53).
10. Imitari potius avi mores debebas, quam optimo et clarissimo viro maledicere (Cic. Dej. 10, 28).
11. Gratulamur tibi felicem reditum (Erasm. 1, 6).
12. O mi Cicero, gratulor tibi, quum tantum vales apud Dolabellam (Cic. Fam. 9, 14, 3).
13. Bonis nocet, qui malis parcit (Sen. Mor. 114).
14. Nec labori meo nec periculo usquam pepercī (Liv. 37, 53, 15).
15. Non aetate confectis, non mulieribus, non infantibus pepercerunt (Caes. B. G. 7, 28, 4).

16. *Quorum virtuti belli fortunā pepercit,*  
*Eorundem libertati me parcere certum est* (Ennius ap. Cic. Off. 1, 12, 38=Diehl p. 22).
17. Dico, illum adolescentem, quum ad illud prandium crudior venisset et sibi non pepercisset, aliquot dies aegrotasse et ita esse mortuum (Cic. Cluent. 60, 168).
18. Tibi persuāde, esse te mihi carissimum (Cic. Off. 3, 33, 121).
19. Mihi ita persuāsi, Romūlum fundamenta jecisse nostrae civitatis (Cic. N. D. 3, 2, 5).
20. Critōni nostro non persuasi, me hinc avolaturum neque quidquam mei relicturum (Cic. Tusc. 1, 43, 103).
21. Themistōcles persuasit populo, ut pecunia publicā classis centum navium aedificaretur (Nep. 2, 2, 2).

### 647 (§ 451b)

1. Caesar intellegebat, omnes fere Gallos novis rebus studere et ad bellum celeriter excitari, omnes autem homines naturā libertati studere et condicionem servitūtis odisse (Caes. B. G. 3, 10, 3).
2. A primo tempore aetatis juri studere te, memini (Cic. Leg. 1, 4, 13).
3. Germani ab parvūlis labori ac duritiae student (Caes. B. G. 6, 21, 3).
4. Cur opērā philosophiae sit danda, nescio (Cic. Fin. 3, 3, 11).
5. In foro amicis opēram da (Pl. Trin. 651).

### 648 (§ 451c)

1. Amulius fratris filiae, Reae Silviae, per speciem honoris, quum Vestālem eam legisset, perpetuā virginitāte spem partūs adimit (Liv. 1, 3, 11).
2. Judices saepe propter invidiam adīmunt divīti, aut propter misericordiam addunt paupēri (Ter. Ph. 2, 1, 46=276).
3. Quid mihi aufert, qui ridet? (Petron. 61).
4. Non vox ullā excīdit ei (=Darēi matri), non oris color vultusve mutatus est, sed sit immobilis (Curt. 4, 15, 11).
5. *Quod imprōbis eripitur, donatur probis* (Syr. 579).
6. Etiam sapientibus cupidō gloriae novissimā exuītur (Tac. Hist. 4, 6).
7. Vulgo audio dici, diem adimēre aegritudinem hominibus (Ter. Heaut. 421).
8. Di immortāles et vestris et hostium imperatoribus mentem ademerunt (Liv. 9, 9, 10).
9. Naturalem quandam voluptātem habet Iusus jocusque; quorum frequens usus animis omnem vim eripiet (Sen. Tranq. 17, 6).
10. Liberālis est, qui quod altēri donat sibi detrahit (Sen. Clem. 1, 20, 3).
11. Pecuniam si cuipiam fortunā adēmit aut si alicujus eripuit inju-

- riā tamen, dum existimatio est intégrā, facile consolatur honestas egestātem (Cic. Quint. 15, 49).
12. *In prētio est dives, desunt suā praemia doctis* (Bell. 61).
  13. Omnes boni, quantum in ipsis fuit, Caesarem occidērunt; aliis consilium, aliis animus, aliis occasio defuit; voluntas — nemini (Cic. Phil. 2, 12, 29).
  14. Satis constat, ne Ciceroni quidem obtrectatōres defuisse (Tac. Dial. 18).
  15. *Irātus quum ad se redlit, sibi tum irascitur* (Syr. 303).
  16. Nunc meā mater iratā est mihi (Pl. Cist. 1, 1, 103—101).
  17. Non jam metuo, ne tu illi succenseas; illud vereor, ne, tibi illum succensēre aliquid, suspicēre (Cic. Dej. 13, 35).
  18. Nec vero audiendi, qui graviter irascendum inimīcis putabunt, idque magnanīmi et fortis viri esse censebunt (Cic. Off. 1, 25, 88).
  19. Irascimur aut intempestīve accendentibus, aut impudenter rogan-  
tibus (Cic. Off. 1, 25, 88).
  20. *Nec tamen trascor: quis enim succenset amanti?* (Ov. Her. 16, 35).
  21. Irasci amīcis non temēre soleo, ne si merentur quidem (Cic. Phil. 8, 5, 16).
  22. Nobis succenset senex omnibus (Ter. Ph. 546).
  23. *Nubēre vis Prisco: non miror, Paullā sāpisti.*  
*Ducēre te non vult Priscus, et ille sapit* (Medulla facetiarum 184).
  24. Mulières in India plures singūlis solent esse nuptae (Cic. Tusc. 5, 27, 78).
  25. Hostis est uxor, invītā quae viro nuptum datur (Pl. Stich. 140).
  26. Lex est, ut orbae, qui sint genere proximi, eis nubant (Ter. Ph. 125).
  27. Filio tuo quum reipublicae causā faveo, tum etiam tuā (Cic. Phil. 10, 2, 4).
  28. Qui diligebant hunc, illi favebant (Cic. Com. 10, 29).
  29. Animadverto, quosdam huic favēre sententiae (Cic. Phil. 14, 1, 3).
  30. Milites muro oppīdi portisque appropinquarent (Caes. B. G. 7, 47, 3).
  31. Nostri consules regem inimicissimum, moenibus jam appropinquantem, monuerunt, a venēno ut cavēret (Cic. Fin. 5, 22, 64).
  32. Rhenus, ubi Oceāno appropinquavit, in plures deflūit partes (Caes. B. G. 4, 10, 4).
  33. Hostes, praedā ex proximis locis raptā, appropinquare Urbi non ausi (sunt) (Liv. 3, 8, 8).

Дательный падеж при глаголах, требующих в пассиве непрямого объекта

### 649 (§ 452)

1. *Indignis si male dicitur, male dictum id esse dico. Verum, si dignis dicitur, bene dictum est* (Pl. Curc. 513).
2. Neque tamen ulli civitati Germanorum persuadēri potuit, ut Rhenum transiret (Caes. B. G. 5, 55, 2).

3. Regnare in caelo Jovem vulgus existimat: id et doctis pariter et indoctis persuasum est (Lact. Inst. 1, 11 = p. 23 Gersdorf).
4. Cui parcī potuit ex iis, qui nullum ante finem pugnae, quam mori-  
entes, fecerunt? (Liv. 21, 14, 4).
5. Invidētur commōdis hominum ipsorum, studiis autem eorum ce-  
tēris commodandi favētur (Cic. De or. 2, 51, 207).
6. Etiam superioribus invidētur saepe vehementer, et eo magis, si  
intolerantius se jactant (Cic. De or. 2, 52, 209).
7. Bellovācis persuadēri, ut diutius morarentur neque suis auxi-  
lium ferrent, non poterat (Caes. B. G. 2, 10, 5).
8. Facile persuasum (est) Galae ut, mittēret exercitum (Liv. 24, 49, 4).

Дательный падеж при глаголах, соединяющихся с разными падежами в разных значениях

### 650 (§ 453)

1. *Vir bonus utilitāti omnium plus, quam unius alicujus aut suea, consūlit* (Cic. Fin. 3, 19, 64).
2. *Vobis met ipsis et vestris libēris ceterisque civibus consulēre debitis* (Cic. Dom. 17, 45).
3. Omnes, qui reipublicae consūlunt, cari nobis esse debent (Cic. De or. 2, 40, 168).
4. *Salūti perpetuae potius, quam brevi voluptāti consulendum est* (Metellus Numidicus apud Aul. Gell. 1, 6, 2).
5. Qui suea saluti recte consūlit, non potest non universae societāti, cuius pars est, consulēre (Ernesti, Initia doctrinae solidioris, p. 440).
6. Optime rebus mortalium consuluit naturā (Tac. Ann. 1, 79, 10).
7. Ne magis irae vestrae, quam famae consulātis (Sall. Cat. 51, 7).
8. *Consūlo te doctum, tibi consūlo, dum tuā curo* (Versus memorialis).
9. *Sibi non cavēre et aliis consilium dare*  
*Stultum est* (Phaedr. 1, 9, 1).
10. *E vītio alterius disce cavēre tibi* (Broeder, Lect. Lat. p. 78).
11. Duae sunt leges de sepulchris, quarum altērā privatorum aedi-  
ciis, altera ipsis sepulchris cavet (Cic. Leg. 2, 24, 61).
12. Huic puero, qui est ei vitā suā multo carior, metuit (Cic. Sulla 31, 88).
13. Atheniensis Clisthēnes Junōni Samiae, quum rebus timēret suis.  
filiarum dotes credidisse dicitur (Cic. Leg. 2, 16, 41).
14. Qui concidentem vulneribus Pompejum vidērant, sibi timebant (Cic. Tusc. 3, 27, 66).
15. Romūlus legātos circa vicinas gentes misit, qui societātem con-  
nubiumque novo populo peterent. Nusquam benigne legatio auditā  
est; adeo simul spernebant, simul tantam in medio crescentem  
molem sibi ac postēris suis metuebant (Liv. 1, 9, 2—5).
16. Jacet in maerōre frater meus neque tam de sua vita, quam de  
mea, metuit (Cic. Att. 10, 4, 6).

17. Consulte vobis, prospic̄te patriae (Cic. Cat. 4, 2, 3).
18. Nec vero universo generi solum, sed etiam singulis a dis immortalibus consuli et provideri solet (Cic. N. D. 2, 65, 164).
19. Patres sunt, qui vos, Quirites, in colonias mittunt, sedem senectuti vestrae prospiciunt (Liv. 4, 49, 14).
20. Caesar, frumento exercitui proviso, in Italiam profectus est (Caes. B. G. 6, 44, 3).
21. Meos libros tibi tam valde probari gaudeo (Cic. Att. 6, 1, 8).
22. Philosophiae semper vaco (Cic. Div. 1, 6, 11).

Дательный падеж при *dono*, *circumdo* и т. п.

### 651 (§ 454)

1. Consul laudatum tribūnum decem bubus aureāque cōrōnā donat (Liv. 7, 26, 10).
2. Omnes Thessaliae civitātes interfectum Pelopidam coronis aureis et statuis aēnēis liberosque ejus multo agro donarunt (Nep. 16, 5, 5).
3. Cohortem duplīci stipendio, frumento, veste, cibariis militaribusque donis amplissime donavit (Caes. B. C. 3, 53, 6).
4. Stultissimus est, qui hominem aut ex veste, aut ex condicione, quae vestis modo nobis circumdātā est, aestimat (Sen. Ep. 47, 16).

Дательный падеж при прилагательных, соединяющихся также и с род. пад.

### 652 (§ 455)

1. Boni imprōbis, imprōbi bonis amici esse non possunt (Cic. Lael. 20, 74).
2. Formōsis levitas semper amicā fuit (Prop. 3, 8, 26).
3. Pauci ex multis sunt amici homini, qui certi sint (Pl. Pseud. 1, 3, 156=390).
4. Non fortunae, sed hominibus esse amīcum decet (Nep. Att. 9).
5. Illud perlubenter audivi, te esse Caesāri familiārem (Cic. Fam. 7, 14, 2).
6. Iracundiā est inimicā consilio (Cic. Marc. 3, 9).
7. Malā sunt vicinā bonis (Bind. 1000).
8. Est aliquid — patriis vicinum finibus esse (Ov. Pont. 2, 7, 65).
9. Omnibus in rebus voluptatibus maximis fastidium finitimum est (Cic. De or. 3, 25, 100).
10. Finitimā sunt falsā veris (Cic. Acad. 2, 21, 68).
11. Videtis, nihil esse morti tam simile, quam somnum (Cic. Sen. 22, 80).

12. Non semper similes parentibus liberi nascuntur (Calpurnii Declam. 2=p. 523 Lemaire).
13. Nihil similius est insano, quam ebrius.
14. Non ovum tam simile ovo (Quint. 5, 11, 30).

Дательный падеж при сложных глаголах

### 653 (§ 456)

1. Dii hominesque illi affuēre pugnae (Liv. 7, 26, 8).
2. Navalibus proeliis omnibus affui (Liv. 37, 53, 15).
3. Audaci incepto, praeter opinionem omnium, affuit fortunā (Liv. 38, 16, 14).
4. Addit sceleri scelus (Liv. 1, 3, 11).
5. Quid oleum flammeae adicimus? (Hieron.=Otto, p. 253).
6. Quid, si huic oneri novum accesserit? (Plin. Ep. 5, 8, 9).
7. Athenienses omnibus semper publicis consiliis divinos quosdam sacerdōtes adhibuerunt (Cic. Div. 1, 43, 95).
8. Ejus sententiae libenter assensu sum (Cic. Phil. 11, 6, 15).
9. Pertinax non ero, tibique, si mihi probabis eā, quae dices, libenter assentiar (Cic. Fin. 1, 8, 28).
10. Medici gravioribus morbis periculōsas curatiōnes et ancipites adhibere coguntur (Cic. Off. 1, 24, 83).
11. Veterum Romanorum epūlis fides ac tibias adhibere moris fuit (Quint. 1, 10, 20).
12. Assentior Platōni, nihil tam facile in animos, teneros atque molles fluere, quam varios canendi sonos (Cic. Leg. 2, 15, 38).
13. Mihi talis aliquando fortunā affulsit (Liv. 30, 30, 15).
14. Prometheus affixus (esse) Caucaso traditur (Cic. Tusc. 5, 3, 8).
15. Poëta peccat, quem probi oratiōnem affingit imprōbo, stultove sapientis (Cic. Or. 22, 74).
16. Siciliam ferunt quondam Italiae adhaesisse (Justin. 4, 1, 1).
17. Aegyptus per Octaviānum Augustum imperio Romano adiectā est, praepositusque ei Cn. Cornelius Gallus (Eutrop. 7, 7).
18. In pestilentia curandum est, ne correptis jam corporibus et morbo flagrantibus assideamus, quia pericula trahēmus a flatuque ipso laborabimus (Sen. Tranq. 7, 4).
19. Tuscus ager Romano adjacet (Liv. 2, 49, 9).
20. Mari aquam addere (Bind. 1798).
21. Pedibus tūmōr addidit alas (V. Aen. 8, 224).
22. Ingenii dōtes corporis adde bonis (Bell. 60).

### 654 (§ 456)

1. Libertatem non solum ab hominibus, verum etiam a bestiis expēti atque omnibus rebus antepōni, videtis (Cic. Agr. 2, 4, 9).
2. Asiā tam opīmā est et fertilis, ut et ubertate agrorum et varietate fructuum facile omnibus terris antecellat (Cic. Pomp. 6, 14).

3. Potestis ignōtos notis, inīquos aequis, inimicissimos huic imperio bonis ac fidelibus et sociis et civibus anteferre? (Cic. Font. 10, 32).
4. Mors servitūti anteponenda est (Cic. Phil. 11, 10, 24).
5. His omnibus rebus vitam anteposui meorum civium (Cic. Dōm. 36, 96).
6. Quaeritur, sitne aequum amīcos cognātis anteferre (Cic. Part. 19, 66).
7. Leges omnium salūtem singulorum salūti antepōnunt (Cic. Fin. 3, 19, 64).

### 655 (§ 456)

1. Non omnis aetas ludo convēnit (Pl. Bacch. 129).
2. *Diversos diversā juvant: non omnibus annis*  
*Omnia convēniunt* (Maximiani Eleg. 1, 103=Poëtae lat. min. v. 5, p. 321).
3. Non omnibus aegris eādem auxilia conveniunt (Cels. 3, 1=p. 75, 8).
4. Mulier muliéri magis congrūit (Ter. Ph. 793).
5. Ex parente meo et ex aliis viris ita accēpi, munditas mulieribus, viris laborem convenire (Sall. Jug. 85, 40).
6. Parvā magnis saepe rectissime conferuntur (Cic. Or. 4, 14).
7. Judices sibi constare et superioribus consentire judiciis debuerunt (Cic. Cluent. 22, 60).
8. His principiis reliquā consentiebant (Cic. Phil. 1, 1, 2).
9. *Vivere naturae si convenienter oportet,*  
*Novissine lōcum potiorem rure beāto?* (Hor. Ep. 1, 10, 12).
10. Convenienter naturae vivere: id habet hanc, ut opīnor, sententiam — cum virtute congruere semper (Cic. Off. 3, 3, 13).

### 656 (§ 456)

1. Numquid dies noctesque impendo turpibus conviviis? (Sen. Contr. 9, 15=p. 160, 18).
2. Iniquissimā haec bellorum condicio est: prospērā omnes sibi vindicant, adversā uni imputantur (Tac. Agr. 27).
3. Minimis etiam rebus pravā religio insērit deos (Liv. 27, 23, 2).
4. Fateor, insitam esse nobis corporis nostri caritātem (Sen. Ep. 14, 1).
5. Sunt ingenii nostris semina innāta virtūtum (Cic. Tusc. 3, 1, 2).
6. Multā curā summo imperio inest, multi ingentes labores (Sall. Hist. 2, 41=p. 47 Dietsch).
7. Hannibal magnum terrōrem injēcit exercitui Romanorum (Nep. 23, 5, 2).
8. Thebanorum genti plus inest virium, quam ingenii (Nep. 15, 5, 2).
9. Nos onēra quibusdam bestiis, nos juga imponimus (Cic. N. D. 2, 60, 151).
10. Celerem sagittam impōnit nervo (Ov. Met. 8, 381).

11. In nostra aētāte difficile est mutare animū et, si quid est penitus insitum moribus, id subito evellēre (Cic. Qu. fr. 1, 13, 38).
12. Tum vidi ac multo ante prospexi, quanta tempestas excitaretur, quantā impendēret procellā reipublicae (Cic. Har. 3, 4).
13. Dionysius aureum Jovi Olympio detraxit amicūlum eique laneum pallium injecit, quum, id esse aptum ad omne anni tempus, diceret (Cic. N. D. 3, 34, 83).
14. Caesar appropinquare dicebatur, magnusque terror incidit Pompei exercitui (Caes. B. C. 3, 13, 2).

### 657 (§ 456)

1. Saepe interfui querēlis meorum aequalium (Cic. Sen. 3, 7).
2. Nasus ita locatus est, ut quasi murus oculis interjectus esse vidētur (Cic. N. D. 2, 57, 143).
3. Timoleon, quum aētāte jam proiectus esset, sine ullo morbo lumina oculorum amisit. Quam calamitātem ita moderāte tulit, ut neque eum querentem quisquam audiērit, neque eo minus privātis publicisque rebus interfuerit (Nep. 20, 4, 1).
4. Quid tandem agebatis, aut cui sermōni nos intervēnimus? (Cic. Rep. 1, 13, 19).
5. Statius intervēnit nonnullorum querēlis, quae apud me de illo ipso habebantur (Cic. Qu. fr. 1, 2, 2).
6. Nox proelio intervēnit (Liv. 23, 18, 6).
7. Itinēris finem sperate campum, interjacentem Tibēri ac moenibus Romanis (Liv. 21, 30, 11).
8. Erat brumae tempus et nivālis dies in locis, Alpibus Appenninoque interjectis (Liv. 21, 54, 7).
9. Apud majores nostros juvēnis ille, qui foro et eloquentiae parabatur, imbūtus jam domesticā disciplinā, deducebatur a patre vel a propinquis ad eum oratorem, qui principem in civitāte locum obtinebat. Hunc sectari, hunc prosēqui, hujus omnibus dictionibus interesse sive in judiciis, sive in contionibus assuecebat, ita ut altercatiōnes quoque excipēret et jurgiis interesset (Tac. Dial. 34).
10. *Interpone tuis interdum gaudia curis,*  
*Ut possis ānimo quemvis sufferre laborem* (Dion. Cato 3, 6).

### 658 (§ 456)

1. Neque mihi ullā obsistet amnis, neque mons, neque adeo mare, nec calor, nec frigus metuo neque ventum neque grandinem; imbre perpetiar (Pl. Merc. 5, 2, 18=859).
2. Omne vitium ebrietas et incendit et detegit, obstantem malis conatiis verecundiam remōvet (Sen. Ep. 83, 19).
3. Omni virtuti vitium opponit (Cic. Fin. 3, 12, 40).
4. Umbrā terrae, soli officiens, noctem efficit (Cic. N. D. 2, 19, 49).

5. Nec mentis quasi luminibus officit altitudo fortunae et gloriae (Cic. Rab. Post. 16, 43).
6. Offusā reipublicae sempiternā nox erat (Cic. Amer. 32, 91).
7. Animo spes, timor obversantur (Tac. Hist. 2, 80, 3).
8. Contentio tam diu sapiens est, quamdiu aut proficit aliquid, aut, si non proficit, non obest civitati (Cic. Balb. 27, 60).
9. Alexander, dum obequitat moenibus, sagittā ictus est (Curt. 8, 10, 6).
10. O quantum caliginis mentibus nostris obicit magna felicitas! (Sen. Brev. 13, 7).
11. Vitia nobis sub virtutum nomine obrēpunt (Sen. Ep. 45, 7).
12. Blandā quies furtim vīctis obrep̄s̄it ocellis (Ov. Fast. 3, 19).
13. Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat, Res angustā domi (Juv. 3, 164).

### 659 (§ 456)

1. Privato usui bonum publicum postponitur (Tac. Ann. 6, 22 (16) 4).
2. A Manlio posthabita est filii caritas publicae utilitati (Liv. 8, 34, 2).
3. Valerius Horatiusque consules libertati plebis suas opes postferabant (Liv. 3, 64, 3).
4. Arabia nulli gentium postferendā (est) (Plin. N. H. 143).

### 660 (§ 456)

1. Di immortales, homini homo quid praestat! stulto intelligens quid interest! (Ter. Eun. 2, 2, 1 = 232).
2. Praetūlit arma tōgæ, sed pacem armatus amavit (Pompejus) (Lucan. 9, 199).
3. Quantum praestiterint nostri majores prudentiā cetēris gentibus, tum facillime intellegētis, si cum illorum Lycurgo et Dracōne et Solōne nostras leges conferre volueritis (Cic. De or. 1, 44, 197).
4. Praeferre patriam libēris regem decet (Sen. Tro. 341).
5. Viri magni, nostri majores, non sine causā p̄aeponēbant rusticos Romanos urbānis (Varro R. R. 2, 1, 1).
6. Ignōtum tibi tu noli p̄aeponere notis (Dion. Cato 1, 32).
7. Pecuniam praeferre amicitiae sordidum existimant (Cic. Lael. 17, 63).
8. Ut magistratibus leges, ita populo praeſunt magistratūs (Cic. Leg. 3, 1, 2).
9. Prudentiam omnes, qui cuique artificio praeſunt, debent habere (Cic. Fin. 4, 27, 76).
10. Fasces praetoribus p̄aeferuntur (Cic. Verr. 5, 9, 22).
11. Hamilcar, Hannibālis filius, Carthaginiensis, primo Punico bello, sed temporibus extremis, admodum adolescentulus, in Sicilia p̄esse coepit exercitui (Nep. 22, 1, 1).
12. Patris post obitum Hannibal equitatui omni p̄aeſuit (Nep. 23, 3, 1).

13. Thebae, quamdiu Epaminondas p̄aeſuit reipublicae, caput fuit totius Graeciae (Nep. 15, 10, 4).
14. Caesar Brutum adulescentem classi Gallīcisque navibus p̄aeſicit (Caes. B. G. 3, 11, 5).
15. Caesar Brutum Galliae p̄aeſecit, Sulpiciū — Graeciae (Cic. Fam. 6, 6, 10).
16. Epaminondam propter invidiam cives sui p̄aeſicēre exercitui noluerunt (Nep. 15, 7, 1).
17. Juventus, quae in agris manuum mercēde inopiam toleravērat, privātis atque publicis largitionibus excitā, urbānum otium ingrāto labori p̄aeſulērat (Sall. Cat. 37, 7).
18. O di immortāles! vos in tantis tenebris erroris et inscientiae clarissimum fāmen p̄aeſulētis menti meae (Cic. Sulla 14, 40).
19. Statui, Quirītes, me vestram voluntātem et reipublicae dignitātem et salūtem provinciarum atque sociorum meis omnibus commōdis et rationibus p̄aeſerre, oportere (Cic. Pomp. 24, 71).
20. Ajunt, patriam amicitiae p̄aeponendam esse (Cic. Fam. 11, 28, 2).

### 661 (§ 456)

1. Nihil semper floret: aetas succedit aetati (Cic. Phil. 11, 15, 39).
2. Segnius irritant animos demissā per aurem,  
Quam quae sunt oculis subjectā (Hor. A. P. 180).
3. Incēdis per ignes,  
Suppositos cineri dolōso (Hor. Od. 2, 1, 7).
4. Fax, filiae nuptiis accensā, rogo patris subditā est (Justin.).
5. Rivus, subjectus castris Scipiōnis, progressūs nostrorum impe diebat (Caes. B. C. 3, 37, 3).
6. Nolite stultitiā ac temeritāte vestrā omnem Galliam perpetuae servitūti subicēre (Caes. B. G. 7, 77, 9).
7. Defetigātis in vicem intēgi succēdunt (Caes. B. G. 7, 85, 6).
8. Succumbēre doloribus eosque humili animo imbecilloque ferre misērum est (Cic. Fin. 1, 15, 49).
9. Anātum ova gallīnis saepe supponimus (Cic. N. D. 2, 48, 124).
10. Nec corpori soli subveniendum est, sed menti atque animo multo magis (Cic. Sen. 11, 36).
11. Nunc senior glādioque latus scutoque sinistram,  
Canitiem gāleae subīcioque meam (Ov. Tr. 4, 1, 73).
12. Non debet excusatōnes vitio philosophiā suggerēre (Sen. Ep. 123, 17).
13. Saepe solent auro multā subesse malā (Tib. 1, 9, 18).

### 662 (§ 456)

1. Alexander Magnus omnes, qui proelio superfuērant, crucibus affixit (Justin. 18, 3, 18).
2. Cannenses campos acervi Romanorum corporum tegunt, nec su-

persūmus pugnae, nisi in quibus trucidandis et ferrum et vires hostem defecerunt (Liv. 22, 59, 8).

3. *Et, quamquam superest ingens audaciā menti,  
Pallor in attonītae virginis ūre sedet* (Ov. Tr. 3, 9, 17).

4. Qui precabantur, ut sibi sui libēri superstites essent, superstitionis sunt appellati (Cic. N. D. 2, 28, 72).

#### Dativus commodi: лица

### 663 (§ 458)

1. Quidquid discis, tibi discis (Petron. 46).
2. Meā domus tibi patet, mihi clausa est (Cic. Amer. 50, 145).
3. Mihi cane et populo, mihi Brutel (Cic. Brut. 50, 187).
4. *Vive tibi et longē nomina magna ūuge* (Ov. Tr. 3, 4, 4).
5. Dulce amārumque unā nunc misces mihi (Pl. Pseud. 63).
6. Loquor de docto homine et eruditō, cui vivere est cogitare (Cic. Tusc. 5, 38, 111).
7. Mihi discipūlus, tibi sodālis periit, huic filius (Pl. Bacch. 484).
8. *Mors est jam requies, vivere poenā mihi* (Maximiani Eleg. 1, 4 = Poëtae lat. min. v. 5, p. 316).
9. Bellum tibi ex victoria nascitur (Curt. 7, 8, 21).
10. Ver apērit navigantibus maria (Plin. N. H. 2, 47, 122).
11. *Esto, ut nunc multi, d̄wes tibi, paupēr amicis* (Juv. 5, 113).
12. Qui metuens vivet, liber mihi non erit unquam (Hor. Ep. 1, 16, 66).
13. Feris quoque ac barbāris hominibus poēmāta tamen, misericordiam interdum et lacrimas commōvent (Mureti or. 11 = vol. 2, 99).
14. *Nocentem qui defendit, sibi crimen parit* (Syr. 458).
15. *At tu, dum prīmi flōret tibi temporis aetas,  
Utēre!* (Tib. 1, 8, 47).
16. *In morte alterius spem tū tibi ponēre noli* (Dion. Cato 1, 19).
17. *Ferreā cistā — auri custos tibi; ferreā portā;  
Ferreā totā domus; ferreus est dominus* (In avarum. Owen = Eclogae poëtarum latin. recentioris aevi, p. 170).
18. Egōmet sum mihi imperator, idem egōmet mihi oboedio (Pl. Merc. 853).
19. Sint nobis isti magni homines, ut sunt (Cic. Rep. 3, 3, 4).
20. Sapientibus conscientiā ipsa factorum egregiorum amplissimum virtutis est praemium (Cic. Rep. 6, 8, 8).
21. *Grandibus exīgui sunt pisces piscibus escā* (Sententia poētica in Broederi Lection. Lat. p. 77).
22. Domus dominis aedificata est, non muribus (Cic. N. D. 3, 10, 26).
23. Nemo errat uni sibi, sed dementiam spargit in proximos (Sen. Ep. 94, 54).
24. *Crimina qui cernunt aliorum nec sua cernunt,*  
*Hi sapiunt aliis desīpiuntque sibi* (Owen in Bell. p. 17).
25. *Judicibus lītes, aurigae somnia currūs* (Claud. VI cons. Honorii, praef. 5).

#### Dativus commodi: вещи

### 664 (§ 458)

1. Multorum aures clausae veritati sunt (Cic. Lael. 24, 90).
2. Erras, Clodi: non te judices Urbi, sed carcēri reservarunt (Cic. Att. 1, 16, 5).
3. Qui virtutem suam publicari vult, non virtuti labōrat, sed gloriae (Sen. Ep. 113, 32).
4. Non sum uni angūlo natus: patriā meā totus hic mundus est (Sen. Ep. 28, 4).
5. *Aureā sunt vēre nunc saecūla. Plurimus auro  
Venit honos* (Ov. A. A. 2, 277).

#### Dativus commodi, близкий к genetivus

### 665 (§ 459)

1. Tunc dentes mihi cadebant (Pl. Men. 1116).
2. Mihi in corde facit amor incendium (Pl. Merc. 590).
3. *Lux est, taurus arat; nox est, requiescit; arator  
Libērat emerito jervido colla bovi* (Poëtae lat. min. v. 2, p. 222. Pedo Alb. v. 99).
4. *Cuīvis dolori remēdium est patientiā* (Syr. 108).
5. Ex belluarum corporibus multā remēdia morbis et vulneribus elicimus (Cic. N. D. 2, 64, 161).
6. Rufus ad amicos deferebat, se esse herēdem Fadio Gallo (Cic. Fin. 2, 17, 55).
7. Hannibal pollicitus est, brevi caput Italiae omni Capuam fore (Liv. 23, 10, 2).
8. Lacrimis opplet os totum sibi (Ter. Heaut. 306).
9. *Num, tibi quum fauces ūrit sītis, aureā quaeris  
Pocūlā?* (Hor. Sat. 1, 2, 114).
10. Hostis illis (=Romanis) acerrimus ero (Liv. 40, 15, 7).
11. Ipse mihi asciam in crus impēgi (Petron. 74).
12. Augustus rempublicam Tiberio reliquit, qui privignus ei fuerat (Eutrop. 7, 10).
13. Tuo viro oculi dolent (Ter. Ph. 1053).

#### Dativus possessivus

### 666 (§ 460)

1. Nulli est homini perpetuum bonum (Pl. Curc. 189).
2. Dives est, cui tantā possessio est, ut nihil optet amplius (Cic. Parad. 6, 1, 42).
3. Aegrōto dum animā est, spes esse dicitur (Cic. Att. 9, 10, 3).

4. Plus animi est inferenti periculum, quam propulsanti (Liv. 28, 44, 2).
5. Talis hominibus fuit oratio, qualis vita (Sen. Ep. 114, 1).
6. Huic filium scis esse? Mihi cum eo jam usque a pueritia fuit semper familiaritas (Ter. Heaut. 181—183).
7. In tanta saeculorum serie nullus Hispānis dux magnus praeter Viriatum fuit (Justin. 44, 2, 7).
8. *Nimium boni est, cui nihil est mali* (Enn. ap. Cic. Fin. 2, 13, 41 = Diehl p. 39).
9. Satis est tibi in te, satis in legibus praesidii (Cic. Fin. 2, 26, 84).
10. Nulla mihi tecum, Cato, potest esse dissensio (Cic. Fin. 4, 22, 60).
11. Mihi fuit cum Aquinio amicitia (Cic. Tusc. 5, 22, 63).
12. Est mihi tecum pro aris et focis certamen (Cic. N. D. 3, 40, 94).
13. Nulla est societas nobis cum tyrannis (Cic. Off. 3, 6, 32).
14. Satis superque est sibi suarum cuique rerum, alienis nimis implicari molestum est (Cic. Lael. 13, 45).
15. Milvo est quoddam bellum quasi naturale cum corvo (Cic. N. D. 2, 49, 125).
16. Quo minus honoris erat poëtis, eo minora studia fuerunt (Cic. Tusc. 1, 2, 3).
17. Pro libertate magnanimes viris omnis debet esse contentio (Cic. Off. 1, 20, 68).
18. Est maritimus urbibus etiam quaedam corruptela ac demutatio morum: admiscentur enim novis sermonibus ac disciplinis et importantur non merces solum adventiciae, sed etiam mores (Cic. Rep. 2, 4, 7).
19. *Si tibi parva est res, est tibi magna quies* (B. 3138).
20. *Adde, quod est senibus rerum prudentia major,*  
*Solus et, artifices qui facit, usus adest* (Bell. 2; cf. Ov. A. A. 2, 675).
21. *Immodicis brevis est aetas et rara senectus* (Mart. 6, 29).
22. Mos antiquis fuit, usque ad meam servatus aetatem, primis epistulae verbis adipere: «Si vales, bene est; ego valeo» (Sen. Ep. 15, 1).
23. Naturae est omnibus una (Juv. 13, 166).
24. Artaxerxi, regi Persarum, centum quindecim filii fuere, sed tres tantum justo matrimonio suscepti (Justin. 10, 1, 1).
25. In te artem unam, egregie mirabilem, comprei, semper tibi maiorem in adversis, quam in secundis, animum esse (Sall. Ep. ad Caes. p. 146 Nisard).

Дательный падеж при *nomen est*

### 667 (§ 461)

1. Ei morbo nomen est avaritiæ (Cic. Tusc. 4, 11, 24).
2. Caesennius et Clodius, cui nomen est Phormio, nihil de vi dixerunt (Cic. Caecin. 10, 27).
3. Alexandrum, qui apud Pheraeos in Thessalia tyrannidem occupa-

- rat, uxor suă, cui Thebe nomen fuit, noctu occidit (Cic. Inv. 2, 49, 144).
4. Trojā huic loco nomen est (Liv. 1, 1, 5).
5. Demaratus duos filios genuit; nomina his Lucumo atque Arruns fuerunt (Liv. 1, 34, 2).
6. Servus (Manus ei nomen erat) indicavit, dominos id incendium fecisse (Liv. 26, 27, 7).
7. Salinator Livio inditum (est) cognomen (Liv. 29, 37, 4).
8. Gordium nomen est urbi (Curt. 3, 1, 12).
9. Terra circumfusa undique est hac spirabilis natura, cui nomen est aer (Cic. N. D. 2, 36, 91).
10. Samnites Maleventum cui nunc urbi Beneventum nomen est, perfugerunt (Liv. 9, 27, 14).
11. Quid? de Apollonio, cui Gemino cognomen est, praeteriri potest? (Cic. Verr. 5, 7, 16).
12. Erat tum in castris inter primores juvēnum Cn. Marcius, cui cognomen postea Coriolano fuit (Liv. 2, 33, 5).
13. A Carthagine in Sardiniam classis missa (est) duce Hasdrubale, cui Calvo cognomen erat (Liv. 23, 34, 16).
14. Duo sunt Roscii, quorum alteri Capitoni cognomen est (Cic. Amer. 6, 17).
15. Attus Clausus, cui postea Appio Claudio fuit Romae nomen, ab Regillo, magnā clientium comitatus manu, Romam transfugit (Liv. 2, 16, 4).
16. Tiberius Sempronius, cui Longo cognomen erat, cum Hannone Poeno prospere pugnat (Liv. 23, 37, 10).
17. Legati ad Hannibalem missi (sunt) Heraclitus, cui Scotino cognomen erat, et Crito (Liv. 23, 39, 3).
18. Puer, ex ea genito, Alexandro fuit nomen (Curt. 8, 10, 36).
19. Numitoris filia duos pueros enixa est. Nomina pueris — altéri Remo, alteri Romulo fuere (Justin. 43, 2, 3—7).
20. Fluminī a celeritate, quā defluit, Tigri nomen est inditum, quia Persicā lingua «tigrin» sagittam appellant (Curt. 4, 9, 16).

### Dativus auctoris

#### 668 (§ 463)

1. Quidquid in hac causa mihi susceptum est, id ego omne me reipublicae causā suscepisse, confirmo (Cic. Pomp. 24, 71).
2. Cui non sunt auditae Demosthenis vigiliae? (Cic. Tusc. 4, 19, 44).
3. Ex ea disputatione, quae mihi nuper habita est in Tusculano, magnā videbatur, mortis effectā contemptio (Cic. Tusc. 2, 1, 2).
4. Longe aliā omnia inquirenti comperta sunt, quam quae a legatis sociorum audierat (Liv. 23, 43, 6).
5. Est ambulantibus ad hunc modum sermo ille nobis institutus (Cic. Tusc. 2, 4, 10).

6. Nox ună Hannibăli sine equitibus atque impedimentis acta est (Liv. 21, 34, 9).
7. Metello jam antea cognitum erat genus Numidarum infidum (Sall. Jug. 46, 3).
8. Mihi, ut Urbi satis esset praesidii, consultum ac provisum est (Cic. Cat. 2, 12, 26).
9. Artibus ingenuis quaesita est gloriā multis (Ov. Pont. 2, 7, 47).
10. Ante scriptā epistulā ex duabus tuis prior mihi legi copta est (Cic. Att. 16, 13a).
11. Mihi inter virtutes grammatici habebitur aliquā nescire (Quint. 1, 8, 21).
12. Barbārus hic ēgo sum, quia nōn intelligor ulli (Ov. Tr. 5, 10, 37).
13. Semper in his studiis laboribusque viventi non intellegitur, quando obrēpat senectus (Cic. Sen. 11, 38).

#### Dativus ethicus

#### 669 (§ 465)

1. Quid mihi L. Pauli nepos quaerit, quomodo duo soles visi sint? (Cic. Rep. 1, 19, 31).
2. Quid ait tandem nobis Sannio? (Ter. Ad. 2, 4, 12=276).
3. Is mihi etiam queritur! (Cic. Verr. 1, 60, 156).
4. Ego tibi oratorem sic jam instituam, ut, quid efficere possit, ante perspiciam. Sit enim mihi tintus littoris, audierit aliquid, legit (Cic. De or. 2, 20, 85).
5. At tibi repente paucis post diebus, quum minime exspectarem, vénit ad me Caninius (Cic. Fam. 9, 2, 1).
6. Hic mihi etiam Q. Fufius pacis commoda commemōrat (Cic. Phil. 8, 4, 11).
7. Tum mihi undique, clamore sublato, turbam invadite ac sternite omnia ferro! (Liv. 24, 38, 7).
8. Ubi mihi est filius? (Pl. Bacch. 244).
9. Quid agis Micio? Cur perdis adulescentem nobis? (Ter. Ad. 1, 1, 35=60).
10. Scin=(scisne), ubi nunc sit tibi tua Bacchis? (Ter. Heaut. 4, 6, 16=820).

#### Dativus finalis

#### 670 (§ 466a)

1. Galli gallinacēi terrori sunt etiam teonibus, ferarum generosis simis (Plin. N. H. 10, 47).
2. His difficultatibus dueae res erant subsidio, — scientiā atque usus militum (Caes. B. G. 2, 20, 3).
3. Locus ipse erat praesidio barbāris (Caes. B. G. 6, 34, 6).

4. Ex negotiis, quae ingenio exercentur, in primis magno usui est memorīa rerum gestarum (Sall. Jug. 4, 1).
5. Unā erat magno usui res praeparata a nostris (Caes. B. G. 3, 14, 5).
6. Apud Graecos in scenam prodire ac populo esse spectaculo nemini fuit turpitudini (Nep. Praef. 5).
7. Alter altéri odio est (Pl. Truc. 48).
8. Potestne bonum cuiquam malo esse? (Cic. Parad. 1, 1, 7).
9. Et ex tuis littoris et ex illius, ad me missis, intelēgo, magnae curae ei salūtem meam fuisse (Cic. Fam. 9, 24, 1).
10. Te nunc allōquor, Africāne, cujus mortui quoque nomen splendōri ac decōri est civitati (Ad Herenn. 4, 15, 22).
11. Mihi ita persuadeo, eam rem laudi tibi potius, quam vituperationi fore (Cic. Fam. 13, 73, 2).
12. Plerisque hominibus Gallis, p̄e magnitudine corporum suorum, brevitas nostra contemptui est (Caes. B. G. 2, 30, 4).
13. Amicitiae nostrae memoriam spero sempiternam fore, idque eo mihi magis est cordi, quod ex omnibus saeculis vix tria aut quatuor nominantur paria amicorum (Cic. Lael. 4, 15).
14. Omnibus curae est, et maximae quidem, quae post mortem futura sint (Cic. Tusc. 1, 14, 31).
15. Eloquentiā principibus maximo ornamento est (Cic. Fin. 4, 22, 01).
16. Quem tibi aut deum aut hominem auxilio futurum putas? (Cic. Verr. 4, 45, 101).
17. M. Aemilius non ad insequendum sibi tarditatem pedum, sed ad fugiendum impedimento fore putabat (Cic. Rab. Perd. 7, 21).
18. L. Roscio mors, ob rem publicam obitā, honori fuit (Cic. Phil. 9, 2, 5).
19. Verisimile non est, odio fuisse parenti filium sine causis multis et magnis (Cic. Amer. 14, 40).
20. Utrum amicitias clarorum virorum calamitati hominibus, an ornamento esse mavultis? (Cic. Balb. 28, 65).
21. Pergite, adulescentes, atque in id studium, in quo estis, incumbite, ut et vobis honori, et amicis utilitati, et reipublicae emolumento esse possitis? (Cic. De or. 1, 8, 34).
22. Est mihi magnae curae, ut ita erudiatur Lucullus, ut patri respondeat (Cic. Fin. 3, 2, 8).
23. Fortitudini fortunā quoque esse adjumento solet (Ad Herenn. 3, 5, 9).
24. Esse solent magno damna minora bono (Ov. Rem. 672).

#### 671 (§ 466b)

1. Lacedaemoniis criminis datum (est), quod arcem Thebānam induitiarum tempore occupassent (Justin. 8, 1, 5).
2. Vitio mihi dant, quod mortem hominis necessarii graviter fero atque eum, quem dilexi, perisse indignor (Cic. Fam. 11, 28, 2).

3. Memini, gloriari solitum esse Hortensium, quod nunquam bello civili interfuisset: hoc illi tribuebatur ignaviae (Cic. Fam. 2, 16, 3).
4. Matronis Corinthiis Medea persuasit, ne sibi vitio iliae vertarent, quod abesset a patria (Cic. Fam. 7, 6, 1).
5. Postquam divitiae honori esse coeperunt, paupertas probro haberi coepit (Sall. Cat. 12, 1).

## 672 (§ 466c)

1. Equitatui, quem auxilio Caesari Aedui miserant, Dumnōrix praeerat (Caes. B. G. 1, 18, 10).
2. P. Sullā, quem castris praefecrat Caesar, auxilio cohorti vénit cum legionibus duabus (Caes. B. C. 3, 51, 1).
3. Marcius maturavit collēgæ venire auxilio (Liv. 9, 43, 10).
4. Timotheus Ariobarzāni auxilio profectus est (Nep. 13, 1, 3).
5. Pericles agros suos dono reipublicae dedit (Justin. 3, 7, 9).
6. Praetor juvēni equum eximium dono dat (Liv. 23, 15, 15).
7. Locum insidiis circumspectare Poenus coepit (Liv. 21, 53, 11).
8. Quidam, praesidio castris relicti, in potestātem hostium venerunt (Liv. 22, 59, 9).
9. Vercingetōrix locum castris deligit paludibus silvisque munitum (Caes. B. G. 7, 16, 1).

## Творительный падеж. Ablativus

(§§ 467—499)

### Ablativus separationis

#### 673 (§ 469a)

1. Censores Mamercum tribu moverunt (Liv. 4, 24, 7).
2. Caesar nonnullos signiferos ignominia notavit ac loco movit (Caes. B. C. 3, 74, 1).
3. Siculi, se moveri possessionibus, avitis suis sedibus ac dis penatibus negant oportere (Cic. Agr. 2, 21, 57).
4. In eā conjuratione fuit Q. Curius, quem censores senatu probri gratiā moverant (Sall. Cat. 23, 1).
5. Loco ille (=Catilinā) motus est, quum est ex Urbe expulsus (Cic. Cat. 2, 1, 1).
6. Virtus nunquam vi ullā labefactari potest, nunquam demovēri loco (Cic. Phil. 4, 5, 13).
7. *Omnia tempus edax depascitur, omnia carpit.*  
*Omnia sede mövet, nil sinit esse diu* (Anth. 232).

8. Populus Atheniensis Phociōnem et Demetrium Phalerēum patriā propūlit (Nep. 19, 3, 2).
9. Timoleon incredibili felicitate Dionysium totā Siciliā depūlit (Nep. 20, 2, 1).
10. Fui libenter in tua suburbāna villa malamque pectore expūli tussim (Catull. 44, 7).
11. Ephesii, quum civitate expellērent Hermodōrum, ita locūti sunt: «Nemo de nobis unus excellat» (Cic. Tusc. 5, 36, 105).
12. Aristides nonne ob eam causam expulsus est patriā, quod praeter modum justus esset? (Cic. Tusc. 5, 36, 105).
13. Phalerēus Demetrius, quum patriā pulsus esset injuriā, ad Ptolemaeum se regem Alexandrēam contulit (Cic. Fin. 5, 19, 54).
14. Regno est expulsus Ariobarzānes rex, socius populi Romani atque amicus (Cic. Pomp. 5, 12).
15. Germani suas copias castris eduxerunt (Caes. B. G. 1, 51, 2).
16. Nihil agere sinit morbus, qui me omnibus abduxit officiis (Sen. Ep. 78, 20).
17. *Non dōmus et fundus, non aeris acervus et auri  
Aegrōto domīni dēduxit corpore febres,  
Non animo curas* (Hor. Ep. 1, 2, 47).
18. Hostes, muro turriquē dejecti, in foro ac locis patentioribus constiterunt (Caes. B. G. 7, 28, 1).
19. Scyrum, quam Dolōpes incolebant, Cimon vacuefecit, sessores vetères urbe insulāque ejecit (Nep. 5, 2, 5).
20. Quotiens te pater ejus domu suā ejecit? (Cic. Phil. 2, 18, 45).
21. Decemviri prodeunt in contionem abdicantque se magistrātu (Liv. 3, 54, 6).
22. Taurus excussit cervice secūrim (V. Aen. 2, 224).

#### 674 (§ 469b)

1. Fabius, nihil aliud precatus populum Romanum, quam ut Appii Claudii litteras audirent, comitio abiit (Liv. 10, 24, 18).
2. Nemo erat, quin statim castris exeundum putaret (Caes. B. C. 1, 69, 3).
3. Hostes magno cum strepitu ac tumultu castris egressi sunt (Caes. B. G. 2, 11, 1).
4. Barbāri nostros navibus egrēdi prohibebant (Caes. B. G. 4, 24, 1).
5. Marius evadēre oppido properavit (Sall. Jug. 56, 5).
6. Ne eo quidem tempore quisquam loco cessit, sed circumventi omnes interfectique sunt (Caes. B. G. 7, 62, 7).
7. Eundem (=Brutum) vidi postea Veliae, cedentem Italiā, ne quā oriretur belli civilis causa propter se (Cic. Phil. 10, 4, 8).
8. Decedēre provinciā praetor jussus est (Liv. 39, 3, 3).
9. Fustuarium meretur miles, qui signa relinquit aut praesidio decedit (Liv. 5, 6, 14).
10. Si abesse patriā miserum est, plenaे miserorum provinciae sunt,